

- ponitur, sed gratiæ Dei tribuitur, quod in hoc homines præterit, d. 42, s. 1.
- CAP. V, v. 7. Qui in diebus carnis suæ, etc., passibili, scilicet, Præfat.
- Et quidem cum esset filius Dei, exauditus est pro sua reverentia. Vult ostendere, magis ejus reverentiæ quam gratiæ, exauditionis effectum tribuendum, d. 41, s. 2.
- v. 8. Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Non quia denuo virtutem obedientiæ didicerit, sed quia illam novo modo exercuit et expertus est, d. 30, s. 1.
- Et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Christus, licet omnium universalis sit redemptor, speciali tamen modo est causa efficaciæ salutis eorum quos sibi facit obedientes, d. 41, s. 2.
- CAP. VII, v. 14. In qua Tribu, scilicet, Juda, nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Id est, ad Tribum Juda sacerdotium non pertinuit, d. 4, s. 1.
- CAP. IX et XI. Mediator novi Testamenti, de Christo exponitur, quia ipse solus perfecto modo hoc munus exercuit, d. 56 s. 3.
- CAP. X, v. 5. Ideo ingrediens in mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi. Ingressus est Christus in mundum, quando homo factus est, ex quo tempore factus est potens ad redimendum genus humanum, d. 16, s. 1.
- v. 12. Christus unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet ad dexteram Dei, de cætero spectans, donec ponatur, etc. Significat, Christum illa oblatione totum negotium suum et meritum consummasse, jam vero solum expectare possessionem et executionem, d. 39, s. 3.

EX EPISTOLA PRIMA PETRI.

- CAP. II, v. 5. Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini domus spirituales, sacerdotium sanctum, et infra.

- v. 6. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Ad populum loquitur, et omnes Dei cultores, latiori quadam significatione sacerdotes appellat, d. 46, s. 1.
- v. 24. Qui peccata nostra, id est pœnas peccatis debitas, in corpore suo pertulit super lignum. Quo loco probatur, Christum sufficienter satisfacisse pro pœnis peccatis debitis, d. 4, s. 3.

EX EPISTOLA PRIMA JOANNIS.

- CAP. I, v. 8. Si dixerimus quia peccata non habemus, etc., loquitur de venialibus, d. 4, s. 11.
- v. 9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, et justus, ut remittat nobis. Exponitur de venialibus, pro quibus justus ex justitia satisfacit, ib.
- v. 32. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei, etc., id est gratiam, a qua habemus filios Dei denominari, d. 48, s. 2.

EX APOCALYPSI.

- CAP. V, v. 10. Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes. Late sumitur vox sacerdotes, prout omnes Dei cultores comprehendit, d. 44, s. 2.
- v. 12. Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem, id est, manifestationem divinitatis, vel, ut ab omnibus cognoscatur, et honoretur tanquam Deus, d. 10, s. 1.
- v. 79. Omnes Angeli stabant in circuitu throni, et ceciderunt, et adoraverunt, vera quidem adoratione, quæ in solo interiori actu optime salvatur, d. 51, s. 1.
- CAP. XII et XXII. Deum adora. Non recusat Angelus, quia adorari non potuisset, sed ex quadam urbanitate vel reverentia humanitatis assumptæ, d. 52 s. 1.
- CAP. XIX, v. 17. Habet in femore suo scriptum, id est, in humanitate, d. 48, s. 2.

INDEX RERUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

A

AARON

- Ab Aarone quomodo sacerdotium incepisse dicitur, cum ante illum sacerdotes aliqui fuerint, d. 46, s. 3.
- Aaronis sacerdotium non æque Christi representat, ac representat sacerdotium Melchisedech, d. 4, s. 4.
- Abraham meruit, saltem de congruo, ut ex eo Christus descenderet, d. 40, s. 6.

ACCIDENTIA.

- Accidentia assumi non possunt ad unionem hypostaticam, d. 14, s. 4.
- Accidens separatum, quamvis per se sit, non subsistit, neque assumi potest, ib.
- Accidentales formas media humanitate assumpsit Verbum in sua hypostasi, d. 15, s. 8.
- Non tamen immediate secundum hypostasim, ib.
- Accidentia habent propriam existentiam accidentalem, ib.
- Accidentia assumpta sunt per substantiam tanquam per medium, d. 17, s. 6.
- Accidens neque est medium quod, neque medium quo, ad assumptionem naturæ, s. 6.
- Accidens non est dispositio ad unionem, ib.
- Accidens separatum non est capax majoris intensio- nis, quam inhærens, d. 22, s. 1.
- Accidentia humanitatis Christi habent quandam infinitatem; et an omnia sint ita infinita, ac ipsius virtutes, ib.
- Accidentia alicujus subjecti non possunt comprehendere, nisi ab eo a quo subjectum comprehenditur, d. 26, s. 2.
- Acephali hæretici in Christo unam naturam permissione conflata posuerunt; et unde sic dicti sint, d. 7, s. 3.

ACTUS, ACTUS DEI, ACTIONES CHRISTI, ACTUS CHRISTI,

AGENS.

- Actus Christi non componitur ex actu voluntatis humanæ et divinæ, nec physice, nec moraliter, d. 4, s. 4.
- Asserentes ex tali compositione sumi valorem in actibus, redarguuntur, ib.
- Actus uterque, scilicet voluntatis divinæ et humanæ, per se habet suam propriam libertatem, ib.
- Quamvis daretur unio moralis inter tales actus, impertinens esset ad valorem infinitum illorum, ib.
- Actiones quomodo dicantur esse suppositorum, ib.
- Et singularium, ib.

- Actus humani Christi non habent immediatam unionem ad Verbum, ib.
- Actiones vel passiones Christi externæ a voluntate illius imperate non habent infinitum meritum, nisi per denominationem extrinsecam ab actibus voluntatis, ib.
- Habebant tamen in se ac formaliter infinitum valorem in ratione satisfactionis, ib.
- Actuum Christi dignitas infinita sumenda est ex unionem personali quam habent cum Christo, ib.
- Actus valorem physicum habet a principio agendi, moralem vero ab ipsa persona operante immediate, ib.
- Actio Christi, quamvis physice finita sit, est moraliter infinita, ib.
- Actus valor ad satisfactionem et meritum, est quid distinctum a reali ipsius bonitate, ib.
- Actus tendere potest ad objectum infinitum per habitudinem realiter finitam, ib.
- Actiones Christi, et ejus satisfactionem, ea ratione qua infinitatem habebant, esse sub dominio Dei, negantes improbantur, s. 6.
- Actus procedens a gratia cur possit habere valorem meriti ad consequendum gratiam et gloriam et non ad satisfaciendum Deo pro injuria illi facta, s. 7.
- Actus peccatoris, quantumvis bonus et supernaturalis, non est per se sufficiens ad expellendam culpam, s. 8.
- Actus, ut ex præcise a libero arbitrio, non potest esse ultima dispositio ad remissionem peccati, ib.
- In actu nostro nihil est quod fiat a nobis, ib.
- Per actus nos perfectius inhærere Deo quam per habitus, quomodo sit intelligendum, ib.
- Actum eundem esse satisfactorium et meritorium, simul non repugnat, s. 9.
- Actus hominis justus nullus est, qui de potentia absoluta esse non possit cum veniali culpa habituali, s. 11.
- Actus amoris non habet formalem oppositionem cum actu peccati venialis, ib.
- In actibus divinæ voluntatis, quamvis æternis, quomodo sit aliquid prius et posterius, d. 5, c. 7.
- In re ipsa nullus est ordo prioris et posterioris, sed in virtute et secundum rationem, ib.
- Unde hic ordo sumendus, ib.
- Actuum divinæ voluntatis duplex consideratio, ib.
- Inter actus creatos et divinos differentia, ob quam unus et idem actus divinus potest terminari ad unum vel plura objecta, non vero creatus, s. 2.
- Actionem aliquam unire duo extrema tribus intelligi potest, d. 8, s. 1.

Actio vitalis et immanens cur necessario petat esse a potentia cuius est actus, d. 24, s. 2.
 Actus liberi et mysteria gratiæ a nullo homine vel Angelo naturaliter cognosci possunt, d. 27, s. 1.
 Actus liberos existentes Christus cognovit per scientiam infusam, d. 5, s. 2.
 Actus liberi præsentis, quomodo occultari vel revelari possint, ib.
 Actio necessario supponit in causa vim agendi, d. 31, s. 6.
 Actus secundus essentialiter supponit primum, ib.
 Actio, ut actio, dicit transcendentalem habitudinem ad causam agentem, ib.
 Actionis terminus necessario debet præhaberi aliquo modo in principio, tam principali, quam instrumentali, ib.
 Actus supernaturales quoad substantiam dantur, ib.
 Actus supernaturales, etiam secundum quod supernaturales, procedunt a nostris potentiis, ib.
 Actus per quid formaliter constituatur in ratione vitalis et liberi, ib.
 Actio, qua gratia fit medio instrumento distincta est ab actione, quæ est a Deo absque ullo instrumento, ib.
 Actio, quæ per instrumentum a Deo miraculose fit, diversa est ab ea quam solus Deus facit, non tantum numero, sed etiam specie, ib.
 Actionem specificari a principio, in quo sensu sit verum, ib.
 Actiones et passiones Christi omnes fuerunt nobis salutares, et propter nostrum bonum aliquo modo factæ, s. 8.
 Non est tamen verisimile, omnes illas per se ac proprie effective concurrere ad productionem gratiæ quæ in nobis fit, ib.
 Actio Christi vel passio quæ præterit, non potest esse instrumentum actionis supernaturalis, ib.
 Actus delectationis seu voluptatis sensibilis in Christo fuit, ib.
 Actus Christi ut viatoris, quo modo fuerint liberi, d. 37, s. 4.
 Actus omnes Christi Deus in particulari prædefinit absolute voluntate, ib.
 Actus suos cum Christus videbat a Deo prædefinitos, non ideo videbat se teneri ad illos ex præcepto faciendos, ib.
 Actus non præcepti, licet sint a Deo prædefiniti, non ideo sunt sub obligatione, ib.
 Actus efficaces voluntatis in Christo fuerunt perfectissime, d. 33, s. 2.
 Actus inefficaces in Christo fuisse demonstratur, ib.
 Actus inefficaces in Christi voluntate fuerunt, ut natura est, ib.
 Quod quid sit varie explicatur, s. 3.
 Actus contrarii non possunt esse simul in eodem, si vere contrarii sint, ib.
 Actus efficaces voluntatis Christi semper fuerunt conformes voluntati divinæ, ib.
 Actum efficacem non conformem divinæ voluntati, qualiter Christus habere potuerit, s. 2.
 Actum inefficaci voluntas Christi interdum voluit quod absolute et simpliciter Deus nolebat; semper tamen huiusmodi actus erat conformis divinæ voluntati, s. 5.
 Inter actus voluntatis Christi quomodo nulla fuerit repugnantia, ib.
 Actus creatus liber nullus est immutabilis, d. 39, s. 2.

Actus idem numero extendi non potest ad plura objecta per compositionem, et unionem realium partium distinctarum, ib.
 Actus creatus non potest idem ex necessitate terminari ad Deum, libere vero ad proximos, ib.
 Actus Christi, prout erant ab illius humana voluntate, non cadebant sub meritum ejusdem Christi, d. 40, s. 2.
 Actus hi, quantum ad valorem infinitum quem habebant ex conjunctione ad verbum, non cadebant proxime sub merito Christi, ib.
 In actu interiori solo reperiri potest malitia adorationis contraria, et qualiter, d. 51, s. 3.
 Vide Opera, Meritum, Voluntas.

ADAM.

Adæ peccatum cur pluribus communicetur quam gratia Christi, d. 4, s. 4.
 Adamo peccante, quomodo fieri potuit ut omnes homines in eo peccaverint, s. 7.
 Adæ peccatum infinitum est ratione extensionis et multiplicationis, ib.
 Adæ mysterium incarnationis revelatum est ante lapsum, sed non ipsius causa, s. 12.
 Adam fuit primus vates qui de Christo prophetavit, ib.
 Adam ante peccatum per finem incarnationis gratiam obtinuit, ib.
 Adam quomodo mysterium crucis agnoverit, ib.
 Adam non fuit præsciens sui casus, ib.
 Adam non cognovit in particulari omnia quæ Patres ex ipsius verbis colligunt, ib.
 Adæ electio ad gloriam antecessit in Deo permissionem peccati ejus, d. 5, s. 2.
 Imo et voluntatem dandi gratiam et justitiam in qua creatus est, ib.
 Adæ peccatum fuit occasio passibilitatis et mortalitatis in carne Christi, s. 3.
 Adam licet non peccasset, an Deus carnem assumeret, ib.
 Adam si non esset peccaturus, in justitia originali crearetur, et essent generationes hominum, ib.
 Adam non peccante, ejus posterius non erant habituri carnem passibilem, s. 5.
 Adæ posterius peccare potuissent in statu innocentiae, s. 6.
 Adæ ipsam singularem naturam cur Verbum assumere non debuerit, d. 15, s. 1.
 Adam cur non dicendus sit homo celestis ratione suæ productionis, s. 4.
 Adæ infusæ fuerunt omnes virtutes ab instanti creationis, d. 19, s. 2.
 Inter Adæ peccatum et Christi gratiam quanta sit differentia, d. 22, s. 2.
 Adam etiam in statu innocentiae fuit membrum Christi, atque adeo Christus illius caput, d. 23, s. 1.
 Adæ intellectus inter humanos perfectissimus, excepto Christi, d. 24, s. 1.
 Adam in statu innocentiae multarum rerum scientiam habuit, quas pro eo statu experiri non potuit, d. 30, s. 2.
 Adamo infusæ sunt species ad scientiam, et non ad experientiam, ib.
 Adam meruit sibi et suis posteris odium et inimicitiam, d. 39, s. 1.
 Adæ in statu innocentiae ex meritis Christi prævisis data est gratia et justitia, d. 41, s. 2.

Adam filius adoptivus Dei in statu innocentiae, d. 48, s. 2.

ADMIRATIO.

Admiratio vere et proprie fuit in Christo, d. 34, s. 3.
 Admiratio aliquid in cognitione requirit, et aliquid in appetitu ponit, ib.
 Admirationis varii sunt modi, quot et qui, ib.
 Admiratio in Deo locum non habet, ib.
 Admirationis qui modi fuerint in Christo, ib.
 Admiratio quomodo in appetitu sensitivo locum habere possit, ib.

ADOPTIO, ADOPTIO DIVINA, ADOPTIVI FILII.

Adoptionis natura et conditiones, d. 48, s. 2.
 Adoptionis nomen ab humanis ad divina per univocam convenientiam translatum, ib.
 Adoptare alios in filios, qualiter Deo conveniat, ib.
 Adoptio Dei nihil aliud quam creature rationalis justificatio est, ib.
 Et quomodo in eo adoptionis conditiones serventur, d. 49, s. 4.
 Et qualiter adoptionis terminum non transcendat, ib.
 Inter humanam et divinam adoptionem quæ notandæ differentiae, ib.
 Adoptio humana per solam extrinsecam acceptionem fit, secus divina, per quam filius inhaerentem accipit justitiam.
 Adoptionem humanam sola relatio rationis consequitur, divinam vero realis et vera, d. 48, s. 2.
 Adoptio accidentale est, quod persona, quæ adoptatur, processerit in suo esse reali ab adoptante, ib.
 Ad adoptionem non requiritur adoptantem posse habere filium naturalem, quem adoptati imitentur, ib.
 Adoptare filios cur non possit Angelus, ib.
 Ad adoptionem nec necessaria est convenientia in natura specifica, nec in personis æqualitas; nec ordo ad paternam successionem in hæreditate, ib.
 Adoptionis creatura irrationalis est incapax, ib.
 Adoptionem divinam sola illa creata persona participat, quæ per gratiam justificata est, ib.
 Adoptio filiorum Dei, quomodo per Christum data, ib.
 Adoptio circa personam, non circa naturam versatur, d. 49, s. 4.
 Nos, cum adoptamur, non ad gratiam, sed ad æternam hæreditatem adoptari dicimur, ib.
 Adoptio non est unio Verbi cum humanitate, ib.
 Et quomodo in hoc ab infusione accidentalis gratiæ differat, ib.
 Adoptio omnis divina est gratia ex gratuita benevolentia proveniens, non e converso, ib.
 Adoptio non habet locum in homine respectu naturalis beatitudinis, ib.
 Vide Filius et Filiatio.

ADORATIO.

Adorationis nomen ad quid significandum impositum, d. 54, s. 5.
 Adoratio qualiter ab honore differat, d. 51, s. 1.
 Adoratio est actus honorandi alterum, se illi ut superiori submitiendo, ib.
 Adorationis actus quomodo ad justitiam pertineat, ib.

Adoratio ad Deum terminata actus est religionis, quæ vero ad homines, aliarum virtutum.
 Adoratio est formaliter actus voluntatis, supponens actum intellectus, bonam, scilicet, existimationem alterius, ib.
 De ratione adorationis non est quod res adorata percipere possit honorem qui ei tribuitur, d. 54, s. 3.
 In adoratione duplex actus distinguendus, unus interius a voluntate elicitus; alter externus et imperatus, cui magis adorationis nomen convenit, d. 51, s. 2.
 Adorationis actus a voluntate elicitus objectum quod est cultus, objectum vero cui, persona quæ adoratur, ib.
 Totus autem actus adorationis objectum est ipsa persona, seu res adorabilis, ib.
 Adorationis actus, qualiter ab actu humilitatis differat, ib.
 Adorationem Dei veram et propriissimam in actu mere interno et spirituali reperiri posse, ex Scriptura ostenditur, ib.
 Ratione probatur, ib.
 Adorandi ratio non in quovis adorationis actu directe attingitur, d. 53, s. 3.
 Adorationis affectus, qui est actus a voluntate elicitus, versari potest circa actus fidei, et spei, aliarumque virtutum, ut in materia circa quam, d. 51, s. 2.
 Adoratio et oratio, licet penes rationes formales differant, interdum possunt in eadem actione convenire, ib.
 Adorationis actus tam intellectus, quam voluntatis, varii numerantur, ib.
 Adoratio exterior semper supponit affectum adorandi, non vero interioriorem adorationem, ib.
 Adoratio exterior qualiter interioris reverentiæ signum, ib.
 Adorationis materia, circa quam esse potest omnis actus virtutis, tam internus, quam externus, si in eo fuerit proportio ad significandam animi submissionem, ib.
 Hanc autem proportionem non habent omnes actus virtutum respectu adorationis stricte sumptæ, bene tamen cultus Dei in communi, ib.
 Adorari directe aliquid quid sit, d. 53, s. 3.
 Adorationis nomen in rigore tribui potest cultui hominibus exhibito, d. 52, s. 2.
 Adoratio vera alicujus necessario referenda est ad ipsum propria intentione, d. 54, s. 3.
 Nec sufficit solus actus externus, s. 4.
 Adoratio exterior sola inter homines reperitur, d. 51, s. 3.
 Adoratio alia interior, alia exterior, et quid utraque, ib.
 Quælibet ex his vera adoratio in sua specie, et una quandoque perfectior est alia, ib.
 Adoratio in latrariam, duliam et hyperduliam dividitur, ib.
 Adoratio univoce dicitur de latraria et dulia, ib.
 Sepe tamen nomen unius ex his speciebus analogice tribuitur alteri, s. 4.
 Adorandi ratio et res adorata eadem res esse potest, d. 52, s. 2.
 Adoratio alia absoluta, quæ soli rei intellectuali propter se datur; alia respectiva, quam adorantur res inferiores propter alterius rei dignitatem et excellentiam cui conjunguntur, d. 51, s. 4.

Adoratio propria respectiva nominibus sacris debetur, d. 54, s. 3.
Adoratio eadem potest simul esse absoluta et respectiva, respectu diversorum objectorum materialium, s. 4.
Adoratio rerum sacrarum non proprie terminatur ad Deum, ut objectum quod, per se primo adoratum, s. 5.

ADORATIO DEO DEBITA.

Adoratio Deo debita singularis est, et nulli creaturæ communicabilis, d. 51, s. 4.
Adoratio, qua Deus adoratur, ejusdem speciei atomæ est in ratione patriæ in omnibus actibus, quantumvis diversæ sint rationis, s. 2.
Adorationis actus non sunt gratiarum actio pro beneficiis, et satisfactio quæ Deo pro peccatis offertur, ib.
Adorationis actus exterior soli Deo debitus, quinam, ib.

ADORATIO CHRISTI.

Adoratione patriæ, qua tota Trinitas adoratur, adorandus est hic homo Christus in humana ac divina natura subsistens, d. 53, s. 1.
Adoratur Christus una eademque adoratione qua Deus, s. 2.
Qua simul etiam adoratur ejus humanitas, ib.
Licet non æque principaliter ad illam pertineat, ac ad ipsam personam, ib.
Adoratio hæc quamvis in materiali objecto differat ab adoratione Verbi secundum se, essentialiter autem eadem est cum illa, ib.
Christus ut homo præcise, propter dignitatem quam habet ejus humanitas ex vi unionis, non adoratur perfecta patriæ, ib.
Adorari potest Christus propter eximiam sanctitatem creatam animæ suæ, adorationis hyperdulæ, ib.
Adoratio, quæ debetur Christo qua redemptor, est ejusdem speciei cum ea quæ humanitati ratione unionis tribuitur, ib.
Cum adoratur Christus hyperdulia illa, coadoratur divinitas, s. 3.
Quomodo una tantum adoratione Christus adoretur, ib.
Cur in Christo non intelligamus unicam tantum excellentiam ex utraque natura resultantem, cui unica eademque adoratio ex parte naturæ debeatur, ib.

ADORATIO HUMANITATIS CHRISTI.

Adorari potest humanitas Christi, ut a Verbo præcisa per intellectum, d. 53, d. 3.
Quinimo sic conceptæ studiosius defertur honos, quam prætermittitur, ib.
Adoratio hæc inferior est summa patriæ, ib.
Adoratio hæc propter sola dona creata ex specie sua est dulia, et in Christi humanitate propter maximam perfectionem hyperdulia dicitur, ib.
Propter dignitatem vero unionis, erit patriæ inferior, vel hyperdulia omnino diversa, ib.
Adoratio, qua humanitas præcisa a Verbo colitur, dici potest redundare in honorem Verbi, quin sit perfecta patriæ, ib.
Adorari potest Christi humanitas a Verbo præcisa, non tamen orari, ib.
Adoratur Christi humanitas cum Verbo, aut coadoratur Verbo, propositio nec damnata, nec falsa, ib.

Hæc vero, *Verbum et humanitas sunt duo objecta adorabilia*, est simpliciter falsa, ib.
Adorationes duas esse, quarum una ad Verbum, alia ad humanitatem, ut præcisam, terminetur, non est absolute admittendum, sed cum addito, unam completam, et aliam incompletam, ib.
Hæc propositio: *Humanitas adoratur propter Verbum*, verissima, ib.
Aliqua sanctorum Patrum de hac re testimonia exponuntur, ib.
Adoranda esset humanitas hyperdulia, etiamsi relinqueretur a Verbo, ib.

ADORATIO SANCTORUM.

Adorandos esse Sanctos, qui hæretici negaverint, d. 52, s. 1.
Adorandi et colendi sancti Angeli et homines, ib.
Adoratione interna et externa, dulia tamen, s. 2.
Adoratio hæc absoluta est, et increata, et supernaturali eorum excellentia proxime fundatur, ib.
Adoratione respectiva possunt etiam adorari, et quomodo, s. 3.
Adoratio hæc cum Sanctis exhibetur, cur in Deum referri dicatur, ib.
Adoratio hæc Sanctis exhibita non est civilis, sed religiosa, cultuique divino valde conjuncta, ib.
Adorantur Sancti ex eadem virtute qua homines justiores, perfectiores tamen modo, ib.
Adoratio Dei et Sanctorum qualiter ab eorundem amore differat, exponuntur, ib.
Adoratione eadem qua Sanctus adoratur, propter sanctitatem animæ inhaerentem, coadoratur et corpus, s. 53.

ADORATIO IMAGINUM

Vide Verbum Imago.

ÆTAS.

Ætates mundi sex, et quantum quæque illarum duraverit, d. 6, s. 1.
Ætas post Christum cur novissima hora dicatur, s. 2.

ÆTERNITAS.

Æternitas sine existentia, nec mente concipi, nec fingi potest, d. 11, s. 1.
Æternitas Dei una est, sicut et existentia absoluta, ib.
Æternitates tres relativæ in Deo dici non debent, sicut tres durationes; et cur, s. 2.
Alexander Magnus in templo Hierosolymitano hostias immolavit, non vera pietate, sed falsa vanitate, d. 1, s. 4.

AMOR.

Amor ex se est unitivus, d. 3, s. 3.
Amor est causa amoris, ib.
Atque etiam similitudo, ib.
Amor divinus efficax non tam supponit quam constituit objectum dilectionis, per donum illud quod amando confert, d. 18, s. 1.
Amor sensibilis in Christo fuit, et in Beatis etiam reperitur, d. 34, s. 3.
Amor Dei efficax includit formalem vel virtuales voluntatem placendi Deo in omnibus, et faciendi quicquid ad retinendam amicitiam divinam fuerit necessarium, d. 37, s. 4.
Amor in Christo duplex, alter consequens scientiam beatam, alter infusam, ib.

Amor Dei, quem Christi anima habuit, consequens scientiam infusam, fuit liber, ib.
Vide Charitas, Dilectio, Electio.

ANGELUS BONUS ET MALUS, ANGELICA NATURA.

Angelorum naturam Deus non reparavit, sicut humanam, quia illa tota non corrumpitur, et propter alias rationes, d. 4, s. 1.
Angeli sancti fuerunt electi ante permissionem alijus peccati, et permissio peccati malorum fuit effectus electionis honorum, d. 5, s. 2.
Angeli peccaverunt, eo quod noluerunt se Christo submittere, et humiliter ferre, naturam humanam illis fuisse prælatam, s. 4.
Angelo si uniretur humanitas, cur hoc sine ipsius mutatione non fieret, sicut in Verbo, d. 8, s. 4.
Angeli in corporibus apparentes, eis non fuerunt uniti hypostatice, d. 13, s. 4.
Angelica natura cur a Verbo assumpta non fuerit, ib.
Angelorum peccatum an ex natura sua irreparabile, ib.
Angelica natura est simpliciter assumptibilis, humana vero pluribus rationibus, ib.
Angelica natura non est abstracta a singularibus, sed individua ac singularis, ib.
Angelicam naturam a Verbo non esse assumptibilem qui dixerint, et cur, ib.
Eam tamen assumi potuisse dicendum est, ib.
In Angelis et in rebus spiritualibus, suppositum a natura distinguitur, ib.
Angelorum caput Christus est, et in eos influit gratiam, d. 21, s. 2.
Angeli obediunt Christo, et sunt ministri ejus, d. 23, s. 1.
Angeli sancti parum post creationem suam acceperunt gloriam, in secundo, vel in tertio instanti, d. 25, s. 1.
Angelorum caput ab ipsa conceptione Christus, quem ipsi jussi sunt statim adorare, ib.
Angeli diem iudicii ignorant, s. 3.
Angelus superior naturaliter non comprehenditur ab inferiori, d. 26, s. 1.
Angeli habent scientiam sibi connaturalem, ib.
Angeli semper sunt in aliquo actu secundo, d. 28, s. 1.
In Angelis non requiruntur habitus ad scientias, d. 29, s. 4.
Angelorum illuminatio fit per spirituales locutionem, per quam superior inferiorem docet, d. 30, s. 2.
Angeli evidenter cognoverunt miracula Christi vera esse, d. 31, s. 1.
Angelus, si assumeret hypostatice naturam humanam, et per eam peccaret, non ideo propriæ ejus voluntati culpa adscriberetur, quod secus in Deo contingit; et cur, d. 33, s. 1.
Angelorum gratiæ et gloriæ causa meritoria Christus est, d. 42, s. 1.
Angeli dono Dei per gratiam et fidem Christi salvati fuerunt, ib.
Angeli et homines conveniunt in uno genere gratiæ, et sunt membra unius corporis Ecclesiæ, cujus Christus est caput, ib.
Angelorum gratiæ causa finalis, exemplaris et meritoria Christus est, ib.
Angeli in via habuerunt fidem Christi Domini, ib.
Angeli de his mysteriis habent scientiam matuti-

nam, de quibus habuerunt cognitionem vespertinam, ib.
Angelis cur ante adventum Christi janua cœlestis patuit, non autem hominibus, s. 2.
Pro Angelis Christus, proprie loquendo, non est mortuus, ib.
Neque pro eis satisfecit, ib.
Neque est eorum redemptor, ib.
Angeli sancti sunt filii adoptivi Dei. Angelos posse vere et proprie Deum adorare ex variis Scripturæ locis ostenditur, d. 51, s. 2.

ANIMA, ANIMA CHRISTI.

Anima Christi si separaretur a Verbo, posset conservare omnes habitus infusos quos habet illi unita, d. 35, s. 4.
Animas justas non posse satis pati in futura vita pro reatu pœnæ temporalis, si Deus vellet toto rigore justitiæ uti, sed posse illas perpetuo beatitudine privare falsum est, d. 5, s. 1.
Anima Christi magis a Deo diligitur quam omnes prædestinati, s. 4.
Anima fit per distinctam et separabilem actionem ab ea qua fit ejus subsistentia, d. 8, s. 1.
Anima Christi distincta actione creatur, et Verbo unitur, ib.
Animæ Christi effectio est vera creatio ejusdem rationis essentialis et specificæ cum ea qua produciuntur quælibet alia anima, ib.
Anima Christi prius natura existit quam assumpta fuerit a Verbo, ib.
Anima Christi quomodo pendeat a Verbo, ib.
Anima rationalis prius natura existit quam subsistat, ib.
Anima Christi prius natura subsistit quam accidentaliter perficiatur, d. 10, s. 2.
Animo Christi non meruit suam assumptionem, seu unionem, s. 3.
Animam rationalem Christum non habuisse, qui hæretici negaverint, d. 15, s. 1.
Animam rationalem ejusdem speciei cum cæteris Christus assumpsit, s. 2.
Anima quomodo sit Verbo Dei propinquior quam caro, s. 8.
Anima est ratio et finis propter quem corpus est assumptum, ib.
Anima est medium congruitatis ad assumendum corpus, ib.
Anima rationalis, ut confert gradum sentiendi, vocatur anima, ut gradum rationalem, spiritus et intellectus, ib.
Animas omnes a principio creatas esse, Origenis est error, qui redarguitur, d. 16, s. 2.
Anima Christi non prius tempore creata fuit quam corpori unita, contra Origenem, ib.
Anima Christi non prius tempore fuit unita corpori quam Verbo, vel e converso, ib.
Anima unita est Verbo prius natura quam corpori ordine executionis, d. 17, s. 1.
Anima humana in corpore subsistit, ib.
Et qua ratione possit simul subsistere, et informare corpus, ib.
Anima ordine intentionis prius natura assumpta est quam caro, s. 3.
Anima variis modis existimari potest fuisse medium ad assumendam carnem, s. 4.
Non tamen fuit vinculum uniens ipsam ad Verbum, ib.

- Negus ita fuit medium ut ad illam sit unio immediate terminata, ac corpus autem mediate, ib.
- Animam assumptam fuisse medio spiritu quomodo sit intelligendum, ib.
- Anima secundum se est ratio assumendi materiam, non ordo ipsius materiae ad animam, ib.
- Animam assumptam esse medio corpore quomodo sit intelligendum, ib.
- Anima, et caro inter se prius natura assumptae, at vero ut unitae inter se, media humanitate assumptae fuerunt, s. 5.
- Anima Christi per essentiam non est divina, et indiget gratia ut talis fiat, d. 18, s. 4.
- Anima Christi habuit donum gratiae habitualis, s. 2. Quod de fide certum esse probatur, ib. Et ab instanti suae creationis, s. 3.
- Anima Christi Verbo unita, ut viatrix indiget gratia excitante ad supernaturales actus; accommodata tamen statui in quo est constituta, s. 4.
- Anima Verbo unita etiam indiget speciali auxilio excitante et adjuvante ad servanda praecepta, et vitandum omne malum, ib.
- Anima Christi nihil eorum nescivit quae in aliqua temporis differentia existentiam habitura sunt, d. 24, s. 3.
- Anima Christi, etiam eo tempore quo fuit conjuncta corpori mortali, habuit scientiam beatam, d. 32, s. 4.
- Et a primo instante suae creationis, ib.
- Et contrarium erroneum, et haeresi proximum ostenditur, d. 25, s. 3.
- Anima Christi cognoscit cogitationes, etiam eas quarum iudex futura non est, ib.
- Anima Christi quomodo infinita individua substantialia per modum simplicis intelligentiae videre possit, ib.
- Anima Christi divinam essentiam comprehendere non potest, d. 26, s. 3.
- Animam Christi videre omnia quae Deo possibile sunt, qui dixerint, ib.
- Eam alii omnia in habitu scire, quae sunt in Deo opinantur, non vero in actu secundo, ib.
- Anima Christi non videt actu in Verbo omnia quae absolute in potentia Dei continentur, ib.
- Anima Christi, neque in actu primo, seu habitu, videt omnia possibile in Deo, ib.
- Anima Christi videt in Verbo aliqua ex possibilibus quae nunquam erunt, ib.
- Anima Christi videt simul et in actu secundo omnia quae Deus videt scientia visionis, s. 4.
- Animae Christi data est visio non ex meritis, sed quanta per merita convenienter comparari possit, ib.
- Anima Christi, licet comprehendat objecta creata quae per scientiam visionis videntur, non tamen comprehendit scientiam visionis Dei, neque ejus potentiam, ib.
- Anima Christi videt in Verbo infinita, sed non infinita categorematice, ib.
- Anima Christi potuit semper a principio creationis suae esse in actuali usu scientiae infusae, d. 28, s. 1.
- Anima Christi, licet informaret corpus, erat tamen beata, et ideo ita dominabatur corpori, ut in spiritalibus suis actibus ab illo non impediretur, ib.
- Anima Christi semper fuisse in aliquo actu secundo scientiae infusae verisimile est, ib.
- Non tamen semper in uno et eodem actu perman- sit, ib.
- Anima Christi non poterat elevari ad eliciendos simul plures actus scientiae infusae modo connaturali; secus de potentia Dei absoluta, s. 2.
- Anima Christi simul cognoscere potuit plura uno actu scientiae infusae, ib.
- Anima Christi quomodo potuerit applicare hanc scientiam potius ad hunc actum quam ad illum, ib.
- Anima Christi nunquam usa est scientia infusa discurrendo aut componendo, d. 28, s. 1.
- Anima per conjunctionem ad corpus gloriosum, non impeditur quo minus perfecte noscat omnia quae novit separata, s. 2.
- Anima Christi in statu viae potuit intueri omnes substantias separatas, prout in se ipsis sunt, eo naturali modo, quo ab anima separata cognosci possunt, ib.
- Anima Christi in corpore corruptibili potuit habere cognitionem intellectivam naturalem sine conversione ad phantasmata, s. 2.
- Anima Christi a principio suae conceptionis habuit perfectos et per accidens infusos habitus scientiarum et virtutum intellectualium, cum speciebus ad earum usum necessariis, ib.
- Anima Christi quomodo rationales creaturas illuminet, d. 30, s. 2.
- Anima Christi habuit virtutem ad omnes mutationes miraculosas, excepta annihilatione, ib.
- Anima Christi, qua ratione actus suos supernaturales operetur, d. 31, s. 4.
- Anima Christi non potest efficere gratiam, ut principale agens in alios, ib.
- Anima Christi nec mortificata peccato, nec damnatione punita fuit, d. 33, s. 1.
- Anima Christi non fuit sanctificata per dispositionem quae seipsam ad gratiam praeparaverit, d. 40, s. 2.
- Anima Christi statim post mortem fuit impassibilis, ib.
- Anima Christi in triduo mortis non fuit in statu viatricis, ib.
- Anima separata non est in statu satisfaciendi, sed satisfaciendi, ib.
- Anima purgata non indiget nova applicatione meritorum Christi ad ingrediendum beatitudinem, d. 41, s. 3.
- In anima separata est vera et propria adoratio, d. 51, s. 2.
- Vide Intellectus, Voluntas, Scientia.
- ANNUS, ANNUS INCARNATIONIS.
- Anni solares et lunares quomodo differant, d. 4, s. 8.
- Annus solaris naturalis est, lunaris vero artificialis, ib.
- Annis solaribus Hebraei utebantur, ib.
- Anni qui in Scriptura computantur, solares sunt, ib.
- Annum Graeci et Romani solarem faciunt, quem illi ab Aegyptiis, hi ab Hebraeis acceperunt, ib.
- Anni regum Historiae sacrae omnes integri, et quid in hac difficultate respondendum sit, d. 6, s. 1.
- Annus inchoatus tanquam imperfectus in Scriptura omittitur, ib.
- Quo anno ab orbe condito Christus fuerit incarnatus, d. 5, s. 6.
- Variae circa hoc sententiae, d. 6, s. 1.
- Fuit a creatione mundi, quatermillesimo plus minusve, ib.
- Annus incarnationis juxta computationem Graeco-

rum fuit olympiade centesima nonagesima quarta, ib.

Annus incarnationis fuit anno quadragesimo primo Augusti Caesaris, juxta computationem Romanorum, ib.

ANTICHRISTUS.

Antichristus daemon futurus non est, nec Deus, etiam si posset, id faceret ad tam pravum finem, d. 8, s. 3.

Antichristus, propter malitiae perfectionem, omnium malorum caput dicitur, d. 23, s. 2.

Apollinaris error divinitatem conversam fuisse in humanitatem, d. 4, c. 8.

APPETITUS, APPETITUS CHRISTI.

Appetitus duo in homine, quorum si inferior peccaverit, superiori tribuitur, si potuit impedire, d. 33, s. 2.

Appetitus sensitivus verus in Christo fuit, d. 34, s. 1. Ejusque veri et proprii actus in Christo fuerunt, d. 34, s. 1.

Non vero absque consensu rationis et voluntatis, quem nunquam praevire potuerunt, ib.

Appetitus hujus actus an fuerint in Christo profecti expositivo consensu, et motione voluntatis; an vero interdum fuerint praevi et permissi, ib.

Appetitus sensitivus Christi et refugiebat, et appetebat mortem, s. 2.

Appetitus sensitivus Christi fuit aliquo modo conformis divinae voluntati circa objecta repugnantia ex motione portiois superioris, d. 37, s. 5.

Vide Concupiscentia, Sensualitas, Fomes, Voluntas.

ASSUMPTIO, ASSUMERE, ASSUMPTIBILIS.

Assumptibilis duobus modis aliqua natura dicitur, et quibus, d. 13, s. 4.

Quod assumitur, supponitur assumptioni, d. 10, s. 3.

Assumi non possunt partes metaphysice et cur, d. 14, s. 3.

Assumptibilis est materia prima sine forma, et natura integra et completa, ib.

Assumptibilis est forma substantialis separata a materia, ib.

Assumi non potest pars integralis sine aliis partibus, s. 4.

Assumi non potest forma accidentalis ad unionem hypostaticam, ib.

Assumpta potest dici utraque pars prius ordine executionis quam alia in suo genere; simpliciter tamen assumptio corporis videtur antecedere, d. 17, s. 3.

Assumpta est prius substantia quam adveniat ei aliquod accidens, d. 15, s. 8.

Etiam si tale duratione praecesserit in materia, ib.

Assumere Deum naturam quae in proprio supposito fuerit peccato subjecta, non est impossibile, d. 33, c. 2.

Tunc tamen non esset verum dicere, Deum aliquando peccasse, ib.

ARS.

Ars factibilium in Christo fuit, d. 25, s. 2.

Ars effectiva imaginum honesta est, d. 54, s. 1.

ATTRIBUTA.

Attributa personalia Patris et Spiritus Sancti non praedicantur de Christo, d. 35, s. 3.

Attributa divina dicuntur de Christo, sed non cum reduplicatione ut homo, ib.

Attributa quaedam Christo conveniunt ratione utriusque naturae, s. 4.

Attributa creaturarum conveniunt Christo, quando non includunt suppositum creatum, et ex nihilo productum, ib.

Attributa divinitatis, sive in concreto, sive in abstracto, non possunt de humanitate praedicari, s. 2.

Attributa Dei simpliciter praedicantur de Christo et de homine substantiali praedicatione vera et propria, s. 3.

Attributa divinitatis et ipsa divinitas non possunt praedicari de Christo denominative, ib.

Attributa divinitatis qua ratione humanitati Christi interdum communicari possint, ib.

Attributa humanitatis, neque in concreto, neque in abstracto, de divinitate praedicari possunt, ib.

ATTRITIO.

Attritio nullum amorem requirit etiam imperfectum, d. 4, s. 8.

Attritio, quae de se non est sufficiens dispositio ad justificationem, in sacramento propter Christi meritum acceptatur ut sufficiens, d. 41, s. 2.

AUDACIA CHRISTI.

Audacia appetitus quomodo in Christo fuerit, d. 34, s. 3.

Audacia perfectissime in Christo fuit, d. 33, s. 2.

AUXILIUM.

Auxilium omne gratiae excitantis et adjuvantis usque ad justificationem datur nobis ex meritis Christi, d. 44, s. 2.

Auxilia gratiae omnia, quae hominibus justificatis conferuntur, sunt ex meritis Christi, s. 3.

Auxilia gratiae extraordinaria et uberiora, quae interdum homini justo conferuntur, ex meritis Christi dantur, ib.

B

BABYLON.

Babylonicae captivitates tres fuerunt, d. 6, s. 1.

Babylonicae captivitatis septuaginta anni, unde inchoentur, ib.

Quando finiantur, ib.

Babylonis reges captivitatis tempore quot fuerunt, ib.

BEATUS, BEATITUDO.

Beatitudo dicitur dari ut merces et corona justitiae, d. 4, s. 5.

Beati vident in Deo omnia quae formaliter sunt in ipso, d. 26, s. 1.

Beatus videns Deum potest videre in eo creaturas quae in eo continentur eminenter; non effective solum, sed formaliter, s. 3.

Beati in Deo, visa una creatura, non necessario vident omnes, ib.

Beatus in Deo videt creaturas non solum secundum